Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31476
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



162

Protector noster. Gē
aspice deus et respice su
per seruos tuos. ℣ Oue
deus virtutū exaudi pre
ces seruorū tuorū. Grad
Vere dominus
qui fecit celum et terram
mare et omnia que in eis sunt
Qui custodit veritatem in sa
ecula. Fecit iudicium iniuriam
patientibus. Dominus solvit
compedites. Dominus illuminat
cecos. Dominus erigit elisos
Dominus diligit iustos. Dominus
custodit aduenas. Pupillum
et viduam suscipiet. Et
viam peccatorum disperdet
Alleluia. ℣ Ecce
quam bonum et quam iucundum
habitare fratres in unum.
Tractus. Laudate
Laudate dominum omnes gentes
laudate eum omnes populi
Quoniam confirmata est super nos
misericordia eius. Et veritas
domini manet in eternum.
Sequentia sancti euangelii secundum
Lucam. Dixit dominus
Nicodemo. Sic enim dilexit
deus mundum ut filium suum
unigenitum daret. Ut omnis
qui credit in eum non pereat
sed habeat vitam eternam.
Non enim misit deus filium
suum in mundum ut iudicet
mundum sed ut saluetur
mundus per ipsum. Qui
credit in eum non iudicatur
Qui autem non credit iam
iudicatus est. Quia non credit
in nomine unigeniti filii dei.
Hoc autem iudicium quia
lux venit in mundum et
dilexerunt homines magis
tenebras quam lucem. Erat
autem lux vera quam illuminat
omnem hominem venientem
in hunc mundum. In
mundo erat et mundus per
ipsum factus est et mundus
eum non cognouit. In
propria venit et sui eum non
receperunt. Quotquot autem
receperunt eum dedit eis
potestatem filios dei fieri
credentibus in nomine eius.
Qui non ex sanguinibus
neque ex voluntate carnis
neque ex voluntate viri sed
ex deo nati sunt. Et verbum
caro factum est et habitauit
in nobis. Et vidimus gloriam
eius gloriam quasi unigeniti
patris plenum gratie et
veritatis. Iohannes testimonium
perhibet de eo et clamat
dicens. Hic erat quem dixi
Qui post me venit ante me
factus est quia prior me erat
Et de plenitudine eius nos
omnes accepimus. Et gratiam
pro gratia. Quia lex per
moysen data est gratia et
veritas per iesum christum
Deum nemo vidit unquam
unigenitus filius qui est in
sinu patris ipse enarrauit
Credo in unum deum
patrem omnipotentem factorem
celi et terre. Et in
unum dominum iesum christum
filium dei unigenitum
Et ex patre natum ante
omnia secula. Deum de deo
lumen de lumine deum
verum de deo vero. Genitum
non factum consubstantialem
patri per quem omnia
facta sunt. Qui propter
nos homines et propter
nostram salutem descendit
de celis. Et incarnatus est
de spiritu sancto ex maria
virgine et homo factus est
Credo in spiritum sanctum
dominum et viuificantem
qui ex patre filioque
procedit. Qui cum patre
et filio simul adoratur
et conglorificatur. Qui
locutus est per prophetas
Et unam sanctam
catholicam et apostolicam
ecclesiam. Confiteor unum
baptisma in remissionem
peccatorum. Et exspecto
resurrectionem mortuorum
Et vitam venturi saeculi
Amen. Sanctus
Sanctus dominus deus
sabaoth. Pleni sunt celi
et terra gloria tua
Benedictus qui venit
in nomine domini
Hosanna in excelsis
Agnus dei
Agnus dei qui tollis
peccata mundi miserere
nobis. Agnus dei
qui tollis peccata mundi
dona nobis pacem

sacrificium
vespertinum